



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ioannis Ioviani Pontani amorum libri II.**

**Pontano, Giovanni Gioviano**

**Venetiis, 1518**

De Camino monte, & musarum latebris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13534**

AMORVM

Antraq; uotiuo munere culta docent.

DE CAMINO MONTE ET MVSARVM  
latebris, Ad Elizum Gallutium.

q Visquis ades uenerare locum, natiq; fausto  
Dum canit, & dictis credite, uera canit.  
I am super addiderat frondosum Pelion Ossæ  
Titanum cœlo pernicioſa manus.  
Turbaq; cœlestum misero confusa paurore  
Cedebat, nullo bella parante Ioue,  
Cum ſacer Aonidum chorus, imbellesq; puellæ  
Aethera præcipiti deſeruere fugit.  
Non illis Helicon, non multo numine clarus  
Parnasus tutoſ exhibuere lares.  
Antra petunt, notaſq; domos liquere, metuq;  
Longa pererratis finibus arua tenent.  
Acipit hospitio fessaſ mitiſſimus annus  
Lyris, & hospitio ſedulus addit opem.  
Mons fuit & scopulis & nullibus undiq; cinctus,  
Cuius ad ima caue, plurimaq; antra iacent.  
Huc natas Iouis ille leui placidiſſimus aluco  
Deuicit, & tacitis abdidit in latebris.  
Sed neq; Mnemosynes partum, prolemq; Tonanti,  
Mons tacitam potuit continuiffe diu.  
Vndiq; nam ſeſe ramis canentis oliuæ,  
Palladioq; ſuum cinxit honore caput.  
Tum patulas ulmos Lenæo uestit amictu,  
Humidus & liquidis undiq; fluxit aquis.  
Grataq; posteritas montem dixere Camoenum,

Ut nunc mutata parte Caminus eat.  
 Quoq; deæ latuere, locum dixere Cauellas,  
 Templaq; sublimi constituere iugo.  
 Quare agite & sacros Musis referamus honores,  
 Reddamusq; pijs debitatura foci.  
 Et tu Pieridum cultor, quem lenia Phœbus  
 Iussit Dirceæ plectra mouere lyræ,  
 Cinge comam Lauro, ciuharamq; intende Camœni  
 Galle, Aganippe gloria magna chori.  
 Elisoq; sui resonent montesq; loci,  
 Oppida quem dominum Gallutiana colunt.

## AD LEONTEM Tomacellum sodalem.

e Cquid in absentem quereris male fortis amicæ?  
 Nec linquit curas Anthionea tuas?  
 Et deserta graui resonant num littora planctu?  
 Ipsaq; de Lacrimis humet arena tuis?  
 Ac miser in cassum uotis tibi Nerea placet.  
 Scilicet ut reduci uenerit illa rate.  
 An mare, longinquoq; absens Trinacia tractu  
 Extinxere tuas igne tepente faces?  
 Sed neq; tam facili percussit uulnere quenquam  
 Ille sagittifera qui ualeat arte puer,  
 Ut non post multos sanandum liquerit annos,  
 Lætalem didicit namq; ferire locum.  
 Nimurum & sevas pascit Trinacia flamas,  
 Nedum sit facibus terra aliena tuis.  
 Adde quod & Veneri tellus accepta, suisq;  
 Testatus quondam sedibus altus Eryx.